

sogar eine kurze Erzählung von einem Gesichte, dessen einer der Mönche gewürdigt worden, die allnächtlich vor dem Altare der Jungfrau und am Grabe des heil. Bischofs Wolbodo beteten: 'quod acceptum fuisse supernis revelationibus indicatum est. Nam vidit quisquam navim cum monachis in mari turbatam, a beata Maria ad littus perductam fuisse sanctumque episcopum Wolbodonem ad altare sancti Laurentii sacrificium laudis obtulisse et baculum pastorem Wolbodonis in manu eius fractum per innumeras partes dissiluisse'. Fast scheint hierin eine unmittelbare Beziehung auf den Inhalt unseres Gedichtes und vielleicht eine Andeutung des fehlenden Schlusses zu liegen. Rupert spräche demnach an dieser Stelle von dem, was er selbst erlebt. Dass unser Gedicht bei Reiner und sonst unter den Werken Ruperts nicht erwähnt wird, wäre deshalb kein entscheidender Gegenbeweis, weil es als eine unvollendete Jugendarbeit sicherlich keine grössere Verbreitung finden konnte. Gerade die Unmittelbarkeit dieser Zeitstimme verleiht ihr aber besonderen Werth in unseren Augen.

I.

Nunc agit bellum draco bellicosus.

Ei mihi! quantis spoliis onustus¹

Tercias stellas trahit illigatas

Cauda draconis²!

5 Spiritus caelos faciens et ornans,

Fecerat solem pariterque lunam,

Fecerat stellas etiam minores,

Ordine ponens.

Presules tales hodie videmus,

10 Sol quod elapsus superis videtur;

Talis abbatum status, ut ruisse

Luna putetur.

Syderum non est numerus minorum,

Quae trahit secum draco de supernis:

15 Clerici tot sunt monachique tanti

Prava sequentes.

Dixerat quondam tenebrosus ille,

Quod super montem Syon ascenderet.

Nunc sedens, tanquam fuerit locutus

20 Vera, superbit.

Hinc tumens calcit populum fidelem;

Ordines sacros emit atque vendit,

Et dei servos melius volentes

Longius arcet.

1) Aen. I, 289 'spoliis Orientis onustum'. 2) Vgl. Apoc. 12, 3—4
'Et cauda eius (sc. draconis) trahebat tertiam partem stellarum caeli'.